

2693

H O M I L E T I C I.

2694

et fulgent et representantur aliqua utilia speculanda circa baptis-
mi eukaristie et penitentiae sacra-
menta. Opportuna rudium aevi il-
lius Sacerdotum institutio minu-
ta quaeque circa Sacramentorum
administrationem persequens, da-
ta, ut ad calcem, constancie die
sabbati XI. mensis decembris anno
primo (1417) pontificatus nostri
M (artini) quinti. Additum:
1456. Christianus Eymperger.
Quae Librarii sunt; Opusculum
enim ad Hermannum de Schildis
Erem. Aug. pertinet, ut Cod.
DCXLVI.

VI. fol. 291. absque titulo:
Nicolai de Hanapis Galli O. P.
Episcopi primum Aconensis, dein
Patriarchae Hierosolymitani mor-
tui a. 1291. Virtutum vitiorum-
que Exempla ex utroque Testa-
mento ordine alphabetico in Ti-
tulos digesta, olim Guilelmo Peral-
do erronee tributa, quin inter Bo-
naventurae Opera T. VII. edit.
Lugd. 1668. f. p. 434. sub no-
mine Biblia Pauperum, mutato ta-
men ordine, recepta. Titulus I.
De adoracione et cultu incipit: Fa-
ctum est ut offerret Cayn de fructi-
bus terre domino &c. Ultimus de
zelo indiscreto sic finit: Testimoni-
um quidem perhibeo illis sed non
secundum scientiam. Clausula: Ex-
plicit liber de exemplis sacre scri-
pture compositus a fratre Nicolao
de Hanapis ordinis predicatorum.
Finis huius operis Anno domini
1456. In vigilia vigilie Natalis
christi Amen. In Sächsen. Quod
est oppidum Austriae super. Adje-
ta est Tabula Titulorum, et alia

quaedam nullius momenti sequun-
tur. De Autore et operis nostri
editionibus agitur in *Scriptt. O.
P. T. I.* p. 422. unde observo in
pluribus ibidem citatis Exempla-
ribus haberi *Praefationem*, et pri-
mum esse Caput de *Miraculis*,
quod nobis ordine 45. est.

DCCXXXII.

Codex chartaceus lat. boh. 494
Sec. XV. Folior. 168. 4. curren-
ti calamo scriptus est Collectio
*Sermonum de Festis Domini, B.
V. et Sanctorum*, aliquot item Do-
minicis initio ducto ab *Adventu*,
et Sermone in illud *Luc. I. Mis-
sus est angelus Gabriel &c.* qui in-
cipit: *Aqua frigida anime scienti
et nuncius bonus de terra longin-
qua &c.* In *Bobemia* compositos
fuisse probant cum *Glossae* pluri-
mae Gentis illius lingua intersper-
sae, tum Nota ad fol. 69. p. 2.
S. (Sacerdos Wencesl.) *Rossius
pressorovius habuit librum Ab anno
domini 1516. et scripsit* (hanc scil.
Notam) 1551. In *Dub* (Prov.
Boleslav.) *Ciuitate parua.* Atque
hic idem, quibus Festis apta es-
sent Evangelia Sermonesque ex
iis deducti, passim marginibus ad-
scripsit. Inter alia Evangelium in
Festis Confessorum non Pontifi-
cum legi solitum, *Luc. c. 12.
Sint lumbi vestri praecincti &c.* ri-
dicule *Evangelium Lumborum* ad-
pellat. Autorem Sermonum exti-
tisse Regno turbis *Hussiticis* con-
flagrante, ex iis fol. 39. verbis
liquidum fit: *Sicut et nunc multi
mali christiani persequuntur multi-
plici*

2695

CODICES II

2696

*plici persecutione alios bonos christianos, quod patet ad oculum in-
tuentibus per totam bohemi-
am. Stetit vero pro Utraque Specie,
ex iis fol. 120. p. 2. Non dixit
(Paulus) probet se sacerdos homo,
sed indifferenter homo, et postea
laudat eos (Corinthios) in hoc,
quod tradicionem christi ihesu te-
nent, scilicet quod sub utraque su-
scipiunt.*

DCCXXXIII.

581 Codex chartaceus lat. boh.
Sec. XV. Folior. 181. 4. a Va-
riis conscriptus et consarcinatus
ut plurimum Themata sive Σκελε-
τα sacrarum Dictionum pro di-
versis per annum festis Diebus
complectitur; quae tamen alia iis
admixta sunt, hic indicantur. Ita
initium faciunt *Lectiones* pro Offi-
cio Assumptionis, Nativitatis et
Praesentationis B. V. M. S. *Hie-
ronymi*, et S. *Wenceslai Bohem-
iae Patroni*, quae postremae inci-
piunt: *Inclitam et gloriosam fe-
stivitatem summi et egregij princi-*

*O Rex pater gentium celi triumphator
Cunctorum gemencium pius consolator &c.*

Alter prolixus ad Deiparam:

*Te devote colimus matrem saluatoris
Et corde deprecimur natam redemptoris &c.*

Fol. 130. *Liber occultus*. Ita inscribitur Poema de Vita et studiis cu-
jusdam *Henrici*, quod incipit:

*Carminis auditor lectorue quod edis (edere?) nitor
Vnius ob merita persone &c.*

De

pis boemie gentis &c. et habentur
in *Breviario Pragensi* edito No-
rimb. per *Georg. Stuchs* 1502. f.
in diem ipsum festum et ejus Octa-
vam distributae; omissae tamen
ibi sunt Tres ultimae, quibus fata
cujusdam *Podimen* seu *Podivini*,
qui *Wenceslai* caedem ultus erat,
enarrantur in *Codice*, depromtae
e *Vita S. Wenceslai a Christanno*
scripta.

Fol. 33. p. 2. Descriptio Sig-
norum *Zodiaci* e media Astro-
logia petita, indicata singulorum
natura et potestate. Initium duci-
tur a Cancro: *Cancer est signum
humidum et frigidum. femineum
nocturnum et est domus lune &c.
Nugae!*

Fol. 108. Hymni quidam Ec-
clesiastici, puta: *Ex more docti
mystico &c. Christe qui Lux es
et Dies &c. Audi benigne Condi-
tor &c. Jesu quadragenarie &c.*
cum glossa inter lineas et in mar-
ginibus.

Fol. 127. Rhythmi duo, prior
ad Christum brevior hoc initio: